



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno MCCCXVI. ad annum MCCCCXXIII.

Parisiis, 1644

XXXII. De eodem, ex statuto eiusdem domini Guidonis, quod incipit:
Quodcumque vero.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15653

cis, & sub obtestatione diuini iudicii, vt vxores suas & filias & alias mulieres, in præsentia vel familiari potestate constitutas, faciant honeste incedere: prohibeantque, ne nimiam in vestibus longitudinem, & [ab] aliis mulierum ornamenti exquisitam superfluitatem habeant. Quibus etiam mandatur sub poena excommunicationis, vt in his pareant maritis suis: alias eucharistia communione priuentur, & per censuram ecclesiasticam arceantur. Et in fine mandatur sacerdotalibus potestatibus sub poena præfata, vt ad corroborationem huiusmodi statuti faciant hanc constitutionem exacte obseruari.

XXXI.

De his qui occidunt, verberant, aut qualitercumque manus violentas in clericos iniiciunt, aut eos captiuant, seu captiuatos tenent. Ex statuto domini Guidonis cardinalis apostolicae sedis legati, quod incipit: Item cum in plerisque.

Occidens, verberans, aut qualitercumque manus violentas in clericos iniiciens, seu eos capiens, singulis annis in Synodis episcopalibus excommunicati denuntiari debent, & nominatim illi, de quibus constiterit manifeste.

XXXII.

De eodem, ex statuto eiusdem domini Guidonis, quod incipit: Quodcumque vero.

Vulnerans enormiter ecclesiasticam personam, occidens vel captiuans, non nisi per sedem apostolicam debet absolui. Et si quid tenebat ab ecclesia, illud ipso facto perdit, quod in utilitatem ecclesiae debet conuerti. Et generaliter in diecepsi, in qua aliquem canonicum cathedralis ecclesiae, vel in dignitate ecclesiastica constitutum capi contigerit, aut captiuum detineri, usque ad liberationem ipsius, & debitæ satisfactionis exhibitionem. Similiter & in parochia, in qua res clericis violenter ablatas detineri contigerit, usque ad satisfactionem & restitutionem congruam cessari debet a diuinis.

XXXIII.

De eodem, ex statuto domini Friderici Salzburgensis archiepiscopi, quod incipit: Statutum.

Captiuato domino archiepiscopo Salzburgensi, aut aliquo